



**Regularvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CLXI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](#)

- 3 Fallit etiam in ijs quæ non apparent, quia præsumptio  
assumitur ex iis quæ apparent, Aym. Craue. consi. 212. nu.  
9. alleg. Anch. consi. 302. materia de qua col. fin. post me-  
dium uersi.
- 3 Fallit etiam in iis quæ sunt difficultis probationis; quia  
concursus plurium præsumptionum facit plenam proba-  
tionem, ut Aym. Craue. in consi. 73. nu. 19. uol. i. Roman.  
consi. 7. col. 1. consi. 54. ad fin. & consi. 27. col. 1. ad fin. Cast.  
consi. 143. & 169. col. 3. uol. 2. pro ut est occultatio scri-  
pturæ contra quem admittitur probatio: iuramentum &  
contra lacerantem informationem etiam admittitur pro-  
batio, pro ut Aym. Craue. consi. 211. nu. 6. & 8. & duæ præ  
sumptiones simul iunctæ habent uim unius testis. Ita Cræ  
ue. consi. 143. nu. 11. & consi. 158. nu. 11. & consi. 178. nu. 9.  
Bal. consi. 149. col. 2. uol. 1. circa medium, Old. consi. 324.  
col. 3. circa. med. probare uero fraudem difficile est. Ideo  
quæ non possunt determinari per certam regulam subti-  
litati iudicium committitur.

### R E G U L A C L X I .

- 1 Priuilegium personale non egreditur personam. l. i. ff.  
de const. prin. l. Narratius. ff. de reg. iur. Bar. in l. Gallus. 6.  
nunc de lege. ff. de lib. & posthn. & c. priuilegium de reg.  
iur. in 6. cum aliis concord.
- 1 Fallit 1. si priuilegium est concessum propter natura-  
lem rationem, ut in beneficio restitutionis in integrum mi-  
norii concessio propter lesionem. & in hoc casu ad hære-  
des transit. ut l. interdum. ff. de minorib. & l. fi. C. de tem-  
pore in integ. restit.
- 1 Fallit in priuilegio concessso marito, ne' conueniatur,  
nisi in quantum facere potest, quod etiam ad communes  
filios transit. secundum doct. in l. etiam in prin. ff. sol. mat.
- 3 Fallit in priuilegio prælationis dotis concessio mulieri  
quod etiam transit ad communes filios eiusdem matrimo-  
ni. l. assiduis. 6. exceptis. C. qui pot. in in pignor. habeantur,  
& non solum in exactione dotis, quæ & in beneficio

M 5 præla

prælationis quod ratione sanguinis competit filio, scilicet  
liis, uel collateraneis, seu creditoribus mariti, vigore  
tis 1553. maioris consi.

4 Fallit etiam quando in priuilegio facta est mentione  
redis in singulari, quia tunc non transit nisi ad primum  
redem, si est talis res quæ de sui natura non transit ad  
redes. ut l. antiquitas. C. de ususfruct. Si vero locutio ei  
facta in plurali. tunc transit ad hæredem hæreditatis.  
sciendum. ff. de uerb. signifi.

5 Fallit quinto quando conceditur ciuitati, uel loco, quæ  
semper est idem locus. licet personæ renouentur. ut  
proponebatur. ff. de iudit. & l. sicut. §. penult. ff. quod co-  
iusque: uniuere.

6 Fallit etiam si conceditur postheris, quia transit eidem  
ad successores, non tamen ex sc̄eminis. ut l. i. in fine con-  
ibi not. ff. de iure immun.

7 Fallit si priuilegium conceditur rei, quia ad quoscum-  
que transit res, transit & priuilegium cum suo onere. ut  
l. iij. in fine. ff. de censibus, & glo. & doct. in l. sordidorum  
C. de exactiōibus tribut. l. io. l. prædiis. ff. de iure filii  
cum aliis.

8 Fallit in priuilegio concessio filiis propter parentes  
enim durat mortuis parentibus. ut Bar. in l. ij. C. de episcopis & cler. Nicolaus de Neap. in leſt. Bar. in l. non tan-  
tum §. eos qui. ff. de excus. tutorum, Mars. l. unica. nu. 28.  
de rapt. uirginum.

## R E G U L A CLXII.

1 Probatio in iis quæ sunt difficilis probationis, & que  
clam & occultæ fieri consueuerunt. Admititur proba-  
tio per conjecturas secundum not. consi. Alex. 77. nu. 4. in  
fine uol. sept. Mars. sing. 1. in fine in suis singul. Antonius  
de But. in c. ueniens. il. ij. d. testib. Bal. in auct. quas addi-  
nes in ult. col. nu. 9. C. de sac. sanct. eccl. & in consi. 124.  
nu. 11. uol. 2. Grām. dec. 42. nu. 12. dicit q̄ ubi uertitur diffi-  
cultas probationis fama sola iunctis aliquibus adminiculat  
inducit plenam probationem quæ sufficit ad cōdannationem